

[Faint mirrored text from the reverse side of the page, including the word "D" and "AD"]

ORATIONEM ANNIVERSARIAM

IN

MEMORIAM

VIRI

AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE,

MELCHIORIS CASPARIS

WINCKLERI,

HAEREDITARIJ OLIM IN Ober-Ullersdorff ET Sommerau,

FUTURO DIE IOVIS

D. XIII IVNII MDCCLXV.

HOR. VIII.

AB SE HABENDAM

OMNI, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

FAMILIAE SCHOENBURGICAE

GENERATIONVM SVPPVTATIONE

RECENSIONEM QVARTAM

FRÆMITTIT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.



Dum memini, me in *Recensione tertia*, Ao. 1763. d. 11. Octobr. promittere *Familias Schoenburgicae* Generationum Supputationem continuatam, fidem hanc liberaturus eorum Supputationi, qui in prioribus pagellis commemorantur, jam nunc reliquas propagine, quas pagella capere poterit, ex hac Supputatione *Schoenburgica* subjungam insequentes:
 1) CHRISTIANVS HENRICVS, filius *Ottonis Ludouici de Schoenburg*, in *Recensione nostra tertia* extrema nominati, natu quintus, in lucem hujus mundi editus 1682. de 13. Nouembr. Dominus in *Waldenburg*, Caesarco-Regius Intimus Consiliarius fuit, et Imperatricis *Elisabethae Doryphorus* et Praefectus Praetorio. Vxorem duxit 1715. d. 20. April. *Fridericam Augustam, Votrathi*, Comitis de *Limpurg-Speckfeld*, filiam, natam 1694. d. 26. Ianuar., jam 1746. d. 28. Jul. mortuam. Sacris Romanensibus assumtis uita migravit 1753. d. 27. Ianuar. filio superflite relicto, qui fuit

CHRISTIANVS AVGVSTVS, nat. 1717. d. 6. Jul. Patris sui Successor et Haeres, regni nimirum Consors in Comitatu *Limpurg*, Militum Circuli in *Pranconia* Centurio 1733. d. 27. Ianuar. constitutus non diu post 1754. d. 20. Jul. uita decessit, ultimus fuo stirpis et familiae in Gente *Schoenburgica*.

c) VEIT DE SCHOENBURG, *Hugonis*, nati 1530. denat. 1565. et in *tertia Recensione* nostra jam typis excafa nominati, filius in ordine tertius, Dominus in *Lichtenstein*, nat. 1563. Bis in matrimonium sociatus duxit 1) *Elisabetham*, natu *Schenckiam de Landsberg*, nuptiis *Waldenburgi* 1584. consecutis, quae uero 1595. mortua est, et 2) *Cotharinam*, Comitissam de *Eberstein*, nupt. 1598. quae quidem 1617. d. 22. April. etiam ad exitum uitae uocata est. Hic *Veit de Schoenburg* ueniebat 1606. d. 25. Februar. *Frybergam* in funus *Sibyllae Elisabethae*, Conjugis Electoris *Johannis Georgii I.* A. 1617. iussu litteris *Pragae* d. 11. Jun. dat. Coronationi *Ferdinandi*, Archiducis, Regis Bohemiae interfuit, *uid. Mittelbachs Schönbürg. Ehren-Gedächtniß*, Anni. n. 59. Mortem obiit, 1622. d. 22. Mart. Ex sex filiis, quos praeter tres filias ex altera Coniuge susceptos habuit, quinque saltem numerari possunt, quum sextum modo, qui Patri superflus fuit, exponere licitum sit. Ordinem sane, quo nati sunt, ignoramus, quem tamen ita conicere commodum est, ut fiat

- | | |
|---|-----------------------------|
| 1) SIMON | } omnes in pueritia mortui. |
| 2) BERNHARDVS | |
| 3) GEORGIVS | |
| 4) HENRICVS | |
| 5) FRIEDERICVS, cujus fata nobis nondum cognita sunt. | |

6) GEORGIVS ERNESTVS, nat. 1601. Pacificebatur cum fratre suo *Friederico*, de quo jam nominato nobis ultra nil constat, 1623. mens. Februar. in rebus suae familiae de Comitatu *Lichtenstein*. Litteras Electoris *Saxoniae* ad Dominos de *Schoenburg* de iure exigendi uias in terra *Schoenburgensi* 1650. scriptas *uid. in der kurzen vorl. Anzeig. n. 101.* Libellos *Georgii* nostri *Ernesti* de *Schoenburg* hoc eodem anno 1650. de ulteriori sibi concedenda sequestratione in *Glauchau* ad Electorem *Saxoniae* datos *uid. ibid. n. 55.* Mandatum ex suprema S. R. I. Curia poenale cassatorium, inhibitorium et de non eximendo in rebus *Schoenburgicis* contra Electorem *Saxoniae* 1650. scriptum *uid. in der vorl. Gegen-Anzeige Beyl. P. nec non Rescriptum Electoris* in rebus *Schoenburgicis* de territorio 1652. datum, *ibid. Beyl. L. 4.* A. 1654. *Georgius Ernestus* de *Schoenburg* Electoris auxilium et praesidia implorabat contra subditos suos, qui rebellionem coeptare ausi fuerant, *uid. ibid. Beyl. W. 5.* Litteras Imperatoris *Ferdinandi* in rebus *Schoenburgicis* ad Electorem 1654. datas *uid. ibid. R. I.* Litteras autem Electoris, quibus uetabantur subditi *Dominorum* de *Schoenburg*, factionem et globum consensionis ut ne amplius facerent, *uid. ibid. in der kurzen vorl. Anzeige Beyl. n. 96* istas autem, quas Elector ad Imperatorem misit de iure territorii in lito *Schoenburgica*, *ibid. n. 38.* A. 1655. Elector subditos rebelles *Dannorum* de *Schoenburg* grauissimo Edicto corripuit, *uid. vorl. Gegen-Anzeige Beyl. Z. 5.* et Dominos ipsos de *Schoenburg* per Epistolam uocauit hoc eodem anno die constituto ad probationem monetae, quae epistola habetur *ibid. T. 6. n. 5.* A. 1655. *Georgius Ernestus* de *Schoenburg* Electori epistolam scripsit, ut mutationem rogaret Edicti, quod Elector proposterat, *uid. ibid. H. 4.* A. 1657. ex suprema S. R. I. Curia *Domiini* de *Schoenburg* mandatum accipiebant de rebus subditorum suorum in *Langenberg* et *Chursdorff* contra *Christophorum Henricum* de *Dobeneck*, *uid. ibid. B. 6.* Hic noster *Georgius Ernestus* de *Schoenburg* bis duxit uxorem, nempe 1) ao. 1623. *Benignam*, Liberi Baronis de *Schwanfeld*, al. *Schwanberck*, filiam, *Ottonis Wilhelmi* de *Schoenburg*, a fratre suo infelici facto occisi, Viduam, quae deinde 1648. mortua est, et 2) *Sophiam Mariam*, Comitissam de *Solms*, 1650. quae deinde uidua facta denuo nuptias fecit cum *Georgio Alberto*, Marchione *Brandenburgico-Culmbacensi*. Mortem tandem obiit 1664. Ex filiis ejus, qui duo fuisse dicuntur, unus ex prima uxore susceptus adhuc nobis occurrit, nomine

IOHANNES ERNESTVS, qui in itinere suo in *Italian* instituto prope vicum *Altare*, in *Ducatu Montferatenſi* una cum monitore studiorumque et morum moderatore suo, *Christiano Ludewig*, Freiberg, et Puero suo Nobili, *Iohanne Ernesto de Milekau*, a latronibus oppressus et glande plumbea misere trajectus est, humatus deinde in sacello quodam in uico *Altare*. Significationem litterarum de hac morte et formulam, quae misera illa et infelix caedes publice in templis renunciata est, vid. in *Tabulario Dominorum de Schoenburg*.

D. Wolfgang de Schoenburg, Dominus *Penicis*, filius *Ernesti*, nat. 1486; denat. 1534. et in receptione nostra altera sub littera b. nominati, ordine quartus, pius homo sed et am animo magno et fortis heros collaudatur, cui 1551. *Elector Mauriti*us litteras confirmavit *Electoris Iohannis Friederici* de duobus millibus florensis in uilla *Kleinhof*. Adfuit 1553. d. 9. Jul. cum fratre suo, *Hugone*, pugnae prope *Seiffershausen* et *Peinam*, in qua *Elector Mauriti*us infelici globulo confusus est, vid. *Christiani de Schoenburg*, Domini in *Rochsburg* uitam typis excipit, et *David Seyfferti Mel Melicum*. Adfuit etiam deinde d. 22. Jul. eodem anno *Frybergae* funeri *Electoris Mauriti*i, cuius corpus exanimum una cum aliis ex ueliculo funebri defuntum per urbem ad templum Cathedralis humeris suis deportauit, vid. *Molleri Annales Frybergenses* p. 258. In separatane agrorum accepit 1566. *Wolfgang* noster de *Schoenburg Penicum*, *Weschburgum* et *Rochsburgum*, partes suas. Ager enim *Rochsburgensis* cum Castello jam tunc 1438. iure emtionis ad *Dominos de Schoenburg* familiae *Glauchouensis* sexaginta millibus et ducentis, al. trecentis, florensis comtas penenerat, quem antea per triginta annos frenui et nobiles *Equites ab Ende* iure beneficij concessum habuerant a Principe terrae, cui quidem, *Hugone*, *Burggraffo Leisnicensi*, cum quatuor haec eius familia extincta erat, 1538. mortuo, ager *Rochsburgensis* cum Castello pignoris iure, quo neco erat, qui redimeret, obuenerat. A. 1566. rogatus ante Visitatoribus ecclesiae concessum obtinuit, ut *Superintendentens* separatim *Penicis* constitueretur, vid. *Fürge* vofl. *Anzeige* n. 76. A. 1566. *Wolfgang* de *Schoenburg* libellum dedit memorialem ad *Electorem Augulum*, quo ueniam rogat commissorum et gratiam Principis, addita pollicitatione, quod in posterum praecceptorum semper et Augustinae Confessionis diligens esse uelit, vid. *Fürge* vofl. *Anzeige* Beyl. n. 51. Obligationem reciprocam, quam eodem anno ad eundem dedit, vid. *ibid.* n. 14. A. 1566. fuit *Wolfgangus* noster cum fratre suo *Georgio* in comitatu *Electoris Augulsi*, *Electorisque* signa Prouinciarum una cum aliis praestitum in solemnitate *Augulsi* in *Vindeliis*, quam *Elector* ritu beneficiario ab *Imperatore Maximiliano II.* inauguratus est, vid. *Molleri Anal. Fryberg.* p. 187. Hoc eodem anno 1566. *Dominus de Schoenburg* communi suo omnium nomine scholam instituebant in monasterio *Geringswalde*, quae uero non diu post ao. 1568. deturbata est, quoniam praecceptores scholae crimine *Flacionis* ad *Electorem Augulum* delati fuerant. Ipse *Wolfgangus* noster de *Schoenburg* in rebus *Calunificis*, quae tunc totam *Saxoniam* inquietabant, multa perpetiebatur, sed magna nobilitate et ita, ut non sine magna laude bonae *Confessionis* suae, quae typis excerpta jam uero rarissima est, ubiuis ornatus sit. Anno enim 1567. d. 14. Iun. *Chemnici* captus tenebatur et, quod sacris a *Luthero* repugans pertinacissime adhaesit, *Dresdam* d. 21. Iun. abductus in custodia ibi et uinculis misere, sed immerenter tamen, usque ad diem 16. Octobr. retinebatur, quo quidem die liberatus demum abiit. *Calunificae*, a quibus mirandum in modum abhinebat, intendebant *Wolfgangum* nostrum de *Schoenburg* actionem *laesae Majestatis*, quod male de *Electore*, quem *Eshoria Penicensis* ipsi admeta et ao. 1566. d. 20. Decembr. partim *Dioecesi Chemnicensi* partim *Rochnicensi* addicta fuit, et ista quidem opinione seditiosa publice scripisset, quod in iure patronatus impeditus sit. A. 1581. d. 6. Septembr. sub ejus regimine *Rochsburgi* horrea, quae ad a cem pertinent, frumentis tunc plena, incendio dispoſione selopeti, quam dicimus, excitato, una cum armorum officina, rhdets et carpentis et cum omni apparatu, qui ad rem uehicularem et ad alia ejusmodi generis omnia pertinent, consumta sunt. In matrimonio duas uxores habuit, 1) *Annam*, ex Gente *Schekiana* de *Landenberg* prognatam, qua *Penicis* 1568. d. 12. Septembr. mortua et *Rochsburgi* deinde sepulta, ipse *Wolfgangus* *Rochsburgum* sede et domicilio suo ibi constituto, commigravit, 2) alteram *Iohannam*, gente *Sireiniam*, uel *Steinianam* de *Scharffenberg*, tunc non plus quam sex et decem annos natam. Nuptiarum solemnis an. 1570. d. 12. August. in *Styria* factis, deductionem, die decim Septembris feliciter a nuptiis domum redux factus, *Rochsburgi* eodem anno d. 12. No. uembr. multo solemniores celebravit, quae quidem uxor uicta deinde facta cum rebus suis sui dotanti in *Austriam* reuerſa est. Quum *Ioachimus de Schlich* ao. 1572. d. 5. Ianuar. *Rochsburgi* morte abreptus esset, cuius uiscera *Rochsburgi* quidem d. 7. Ianuar. cum cantu et aliis caeremoniis funebribus multis solemniter sepulta sunt, exanimum autem corpus *Schlackawerdam* in *Bohemia* auctum ibi sepulchro reconditum est, iure haereditatis *Wolfgangus* noster de *Schoenburg* tandem an. 1578. oppidum *Schlackawerdam* cum toto isto agro in *Bohemia* obtinuit. A. 1579. addixit se una cum fratre suo *Georgio* nominibus subscriptis *Formulae Concordiae*, quae jam ao. 1577. ut diligentius examinetur, cum multis ubiuis communicari coepta fuerat. Tandem nimio dolore et

morbo intestini plenioris d. 8. Septembr. 1581. aetat. 49. immaturo et misere perit, *Rochsburg* lateri uxoris, quam primam habuerat, in sepulchro additus. Filii ejus sunt:

(α) ERNESTVS, nat. d. 1. Septembr. 1555. *Penicij*, et denatus 1558.
(β) IOHANNES ERNESTVS, nat. 1564, Abiit jam anno 1571. d. 4. Octobr. in prima sua pueritia, cum fratre suo *Wolffo de Schoenburg*, qui natus quidem maior sed ob propagandam post a nobis exponendus est, *Argentoratum*, ut a magistris bonarum artium primam doctrinam ibi perciperet. A. 1582. d. 7. Jul. comitem se dedit *Electori Augusto* in itinere ad *Comitia Imperii*. A. 1585. d. 17. Februar. *Iohannes Ernestus* cum fratre suo *Wolffo*, *Domini de Schoenburg*, ob postulationem sibi a *Domino de Maltitz* factam Procuratori suo, *M. Iohanni Wincklero* ad dicendum pro se, iustitio indicto, in summa Curia Provinciali *Liphiae* auctoritatem scriptam dabant, quae legitur in *der kurtzen vorl. Anzeige* *Wepf. n. 117*. Sed non ita diu post hie *Iohannes Ernestus de Schoenburg*, pulcherrimo quidem initio adolescentiae usus, fato suo admodum immaturo hoc eodem anno 1586. in *Academia Tubingensi* perfunctus est.

(γ) *Wolffus de Schoenburg*, natus *Penicij* 1556. d. 8. Septembr. pius homo atque imprimis eruditus, qui leta initia eruditionis suae in schola Vniuersali apud *Iensen* inchoauerat. Accedebat deinde *Academiam Argentoratensem*, a. 1574. *Geneuensem*, a. 1575. *Bifontinam* in *Comitatu Burgundiae*, unde a. 1576. *Argentoratum* redux factus iter hoc eodem anno 1576. d. 21. Maj. in *Italiam* instituit. Vidit autem in hac sua peregrinatione *Heluetiam*, *Ducatum Mediolanensem*, *Regnum Neapolitanum*, usque ad *Melitam* transiens. Visis autem *Equitibus Mittenfur*, perulstratisque in reditu suo celeberrimis urbibus in *Gallia*, tandem anno 1577. d. 24. April in agros suos usque ad sedes *Rochsburgum* feliciter reuersus est. *Domicilium* enim et sedem *Rochsburgi* primum habuit, sed cum breui post ipsi *Penicium* magis arderet, anno 1582. d. 8. August migravit eo. Licet autem eodem anno 1582. d. 9. Septembr. ipsum propter pestilentiam, quae *Penicium* adhaeret, cum Proceribus *Comitatus sui Rochsburgum* reuerſi oportuit, tamen a. 1583. d. 11. April, postquam morbus perniciosus de loco abierat, una cum fratre suo *Rochsburgo Penicium* rursus abiit. A. 1582. d. 7. Augusti. tota arx *Rochsburgi* cum singulis aedificiis incendio, quod in castello sortuito exortum erat, praeter templum a'ris deleta sunt, quae quidem arx deinde a. 1592. reaedificari coepta est, ista festinatione operis, ut jam a. 1593. d. 10. Jul. contignationes dimidio plus conficerent, tectumque istarum contignationum abfoluerent. An 1588. *Wolffus* noster et *Hugo, Domini de Schoenburg, Electori Christiano I.* monasterium *Geringwald* cum oppidulo et undecim uillis, *Wittendorff, caet.* et, quas dicunt, *omnibus pertinentiis; jure uenandi, caet.* consentiente *Imperatore*, uendiderunt quadragenis milibus *Florensis*, *uid. Amtes Doehltzer Handelebuch sub K.* An. 1592. *Wolffus de Schoenburg* in *Comentu Provinciali Torgauie*, *uid. kurtze vorl. Anzeige* *Wepf. 45.* et a. 1594. ibidem in *Colloquio personam Commissarii*, quem dicunt, indutus interfuit. A. 1604. com. tatus est *Ducem Friedericum Wilhelmum*, *Administratorem Electoratus Saxoniae*, proficiscentem *Ratisbonam* ad *Comita, Vid. Pet. Fleischman. Reichstags Beschreibung et litteras Administratoris* a. 1594. d. 29. *Mart. Torgauie datas*, quibus ille comitatus indietus est. A. 1596. *Legatus Electoris Saxoniae* mittebatur, ut *Coronatori Christiani IV.* in *Dania* adesset. *Ducis Saxoniae Iohannis* litteras ad *Wolffum de Schoenburg* a. 1598. de uis et uetustialibus scriptas *uid. in der vorl. Gegen Anzeige, Wepf. K. 6.* *Parochi aedes* in uigiliis *Festi Paschatos* d. 7. April. 1604. *Wechfiburgi* flamma deflagrat longe pulchrioris et lapideas restituit. A. 1605. uicium *Callenberg*, prope uillam *Langchurdorff, Electoris concessu* et beneficio sibi uindicabat debita consecrandi ergo, qui deinde uenditus est. A. 1606. d. 25. Febr. *Sibyllae Elisabethae, Iohannis Georgii I. Vxori* exequius iuit *Frybergae* celebratas. Hic *Wolffus*, uir multum eruditus magnique dotibus animi instructus, tandemque Senior factus in *Familia Schoenburgica*, cuius consiliis *Domini de Schoenburg* in re sua communi utebantur, ita apud *Electorem Christianum II.* gratia ualuit, ut non solum illo absente a. 1606. *Praefectus Provinciae et Dresdae Gubernator* ciuitatis esset, sed etiam *Electorem* ipsum 1611. d. 27. August. hospitem apud se *Penicij* reciperet, de quo magno honore uehementer laetatus est.

Sed nunc inhienda et in aliud tempus relicta uita *Wolff* nostri, reliquaque haec nostra *Supputata Schoenburgica* differenda est. Propositi potius mei memor, memoriam *Viri Amplissimi Clarissimique, MELCHIORIS CASPARIS WINCKLERI, Haereditarij* olim in *Oberrallersdorff et Sommerau*, singulis annis solemni *Oratione* consecrari publice mandatum, iam nunc significo.

Craffina igitur die *Iouis* huic *Viro* immortaliter *promerito* parentaturus, *MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM SENATVM, Venerabiles rerum sacrarum Sacerdotes et Antistes*, et in uniuersum *Omnes Litteratos* enixe atque ea, qua decet, modestia oro, ut hie nostra *Orationi* benigne interesse uelint. P. P. Dom. I. *Trinit* 1765.

ZITTAVIAE TYPIS STREMELIANIS.

F. N. 24, 29.

(X 2225 70 62)

Vk
2808

(2)
1

ORATIONEM ANNIVERSARIAM
IN
MEMORIAM
VIRI

AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE,
MELCHIORIS CASPARIS
WINCKLERI,

HAEREDITARIU OLIM IN Ober-Müllersdorff ET Sommerau,

FUTURO DIE IOVIS

D. XIII. IVNII. MDCCLXV.

HOR. VIII.

AB SE HABENDAM

OMNI, QVA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

FAMILIAE SCHOENBURGICAE

GENERATIONVM SVPPVTATIONE

RECENSIONEM QVARTAM

FRÆMITTIT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. ZITTAV. DIRECT.

